

lentibus etiam individuali, & expresse revocationi, ut satis in fado & in iure probat ultima precedens decifio coram me edita f. omiffa enim.

Licet autem illa pro potenti coniectura, & inverifimilitudine deducatur, quod donatio integrum fere patrimonium comprehenderet; unde si subsisteret etiam post testamentum, clauforum fuisset fideicommissum favore substitutorum inibi ordinatum, & inanis conditio servanda videtur in iuncta uxori heredi; nihilominus quia ex diversis calculis hinc inde hodie exhibitis super statu hereditario Venantii, talis coniectura dubia, & equivocata remanet; ideo Domini pro resolutione adhaerent aliis, praesertim tamen primae ex relatis, & comprobatis in dicta decifione, repetentes, quod cum Venantius in testamento plura bonorum corpora in donatione uxori, & aliis affinitibus donata, novis dispositionibus, & legatis supponeret sine ulla mentione praeservativa dictae donationis, utique sequitur, quod illam satis revocata supponeret, quodque reasumendo ex integro vocatur dispositionem omnium suorum bonorum, ut consideratis aliis verbis, & partibus testamenti, late probat dicta precedens decifio. f. sequidem, & praeter ibi allegatos tradit Barrii de success. lib. 10. tit. 1. m. 48. ad med. vers. certe si appareat.

Patrum relevante, quod non omnia bona in donatione comprehensa Venantius in testamento expresse reasumpserit; unde deducatur, quod solum super illis nominatis novata fuerit donatio, non autem super reliquis, iuxta litteralem casum relatum in d. l. Cum hic status, f. qui quasdam, ff. de donat. inter vir. & ux. & in l. sequens questio, ff. de leg. 2. Si enim concurreret expressa, & singularis reasumptio omnium bonorum, illa importaret evidentem demonstrationem revocationis, non autem coniecturam, ad quam inducendam sufficiens domini putaverunt, quod Venantius disponens de pluribus bonis donatis uti propriis, caetera etiam sub institutione universalis cadentia, & nominata per dictiones adverbativas, & similitud inartias, ibi: in cunctis aliis suis bonis, & propria, & libera putaverit, non obstante praecedenti donatione, causa mortis, quae uti ad liberam, & simplicem voluntatem donantis revocabilis, bona donata nunquam ab illius dominio separari, nisi postquam mors fuisset facultatem revocandi, & exequutionem donationis importaverit, Gloragn. conf. 24. n. 1. vers. in casu nostro lib. 2. cum aliis iuribus, & autoritativis relatis in dicta decifio confirmata. f. inter bona, & f. sequidem, & f. segg. Ad quam domini etiam approbative se retulerunt circa conformitatem praecedentium sententiarum, adhuc ex iisdem objectis impugnatam a Sophonisba, Et ita utraque &c.

REVER. P. D. URSINO DECANO.

Bononiensi Fideicommissi de Manzollis.

Luna 14. Januarii 1697.

ARGUMENTUM.

Spurious a naturalibus distingui, & injure magis esse odiosos, ita in fideicommissis; in quibus simpliciter vocati fuerunt proximiores de domo, spurious non esse admittendos, licet adesse consuetudo admittendi ad successionem naturales, magis taliter affirmatur.

SUMMARYUM.

- 1 Spurious reputatur ad effectum successionis tanquam extraneus non habens, nec conservans agnationis iura, & nu. 10. & 27.
- 2 Spurious, non venit sub denominatione proximiorum de domo, & familia.
- 3 Minusve descendentes ex eo.
- 4 Limitatur, si consuetudo ad se consuetudo.
- 5 Ad se consuetudo in Civitate Bononia admittendi naturales ad honores publicos ad instar nobilitatis ejusdem familiae, & agnationis.
- 6 Non tamen ad omnes effectus.
- 7 Et tales consuetudo spurious non favor, nu. 15.
- 8 Naturales possunt ex consuetudine, & ex voluntate Testatoris haberi pro agnatis.
- 9 Tam de iure civili, quam de iure canonico, magna intercedit differentia inter naturales, & spurious.
- 10 Naturales minoribus obsequia, quam spurious, in iure patiuntur tam ad effectus honorificos quam ad effectum successionis.
- 11 Consuetudo, quae militat pro naturalibus ad effectum successionis, minime spurious convenire valet, & numer. 14.
- 12 Natus ex soluto, & conjugata, non dicitur vere adulterinus,

& minorum de iure civili sortitur adilitatem, quam natus ex conjugata.

- 13 Declarat, ut procedat traditio quoad solos certos particulares effectus, non autem quoad universales successiones.
- 16 Spurious in Civitate Bononia cognomen deserens, reputatur pro agnatis, & ascendentibus, ab intestato succedunt ex statuto.
- 17 Excipitur tamen confirmatio Apostolica.
- 18 Dispositio praedicta statutoria exorbitans a iure communi, & contra bonos mores.
- 19 Et ideo non extendenda.
- 20 Et cum loquantur de causa intestata, locum non vindicant in causa testata.
- 21 Bononia nulla reperitur consuetudo, qua admittat ad successionem fideicommissorum constitutorum pro illis de familia spurious.
- 22 Bononia ad se consuetudo admittendi ad successionem spurious quoad effectus honorificos.
- 23 Hac tamen consuetudo non operatur, ut spurious succedere debeant in fideicommissis ordinatis pro illis de domo, & familia, & n. 25. 26.
- 24 Operatur tamen, si fideicommissum testator scripserit cum verbis mere naturalibus, ut si vocavisset posteritatem, seu descendentes.
- 25 Spurious consentans exclusi, si testator per plures gradus expresserit qualiter legitimitatis licet eam reperire in subalternis substitutoribus non curaverit, & numer. 29. & 31.
- 30 Jacta testatorum considerasse non est credendum.
- 32 Ad interpretandum testatoris voluntatem nil valet consuetudo particularis, sed generalis.

DECISIO LXXXIII.

Philippus Senior de Manzollis relictus se masculina sobole destitutum quia media avitae nobilitatis splendorem in naturali agnatione conservare valeret, adoptare sibi in filios decrevit, quatuor masculos nepotes ex Polifena filia derivatos, Alexandrum nempe, Constantium, Lelium, & Ludovicum, eosque sibi in artificiales filios adire, ut in ipsis eorumque descendencia, tam familiae dignitas, quam bonorum servaretur perpetuis. Prout hoc retento proposito, in supremis tabulis conditis anno 1510. Ludovico altero ex illis hereditate universalis scripto, quoad familiam dignitatem tantum, & caeteros universales heredes nominavit cum strictissima alienationis prohibitione, & alioque, vel aliquibus ex praedictis decedente, superviventes substituit, & superviventium filios legitimos, naturales, & ex legitimo matrimonio natos, & descendentes masculos legitimos, & naturales, hocque servato tamen descendendum legitimum, & naturalium, substitutionem protraxit ad diversos gradus, usque ad totalem evacuationem descendenti masculine legitime, & naturalis institutorum. Deficientibus vero omnibus sine filiis, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, ut supra, & eorum linea in totum finita, tunc instituto in usufructu Ludovico, quem prius sibi dixerat heredem in solo iure honorifico familiae, quoad proprietatem hereditate esse voluit unum ex filiis legitimis, & naturalibus natis ex altera filiarum foeminarum heredum primò descriptorum, videlicet primo Constantii, & postremo loco ex illis Lelii; istiusque non superextantibus certa praescripta forma, mandavit eligi unum ex filiis legitimis, & naturalibus Dianiae testatoris nepis, ortae ex eadem Polifena filia, & nuptae in Tobiam de Rangonibus, cum obligatione se dominati filium Philippi de Manzollis, & eo defuncto abique filiis, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, alium, seu alterum ex filiis dd. Tobiae, & Dianiae eligendum iussit, eadem servata methodo, donec repererit aliqui ex filiis, & descendentibus masculis supra descriptis, iuxta litteralis dispositionis verba, in Summario utriusque partis num. 1.

Defectis vero omnibus supra dictis, proximiores vocavit ipsius testatoris de domo ipsorum de Manzollis, per hac praecisa verba: Quibus filiis dd. Tobiae, & domina Dianira, & eorum filii, & descendentes masculi legitimi, & natur. & alibus descendentes, tunc proximiores ipsius Testatoris de domo ipsorum de Manzollis substituit in proprietate bonorum ipsius Testatoris, & paulo inferius substitutionem reperit: Et ipsi filii, diciturur Dianira, & Tobia non extantibus, ad se praescriptos proximiores ipsius Testatoris de familia ipsorum de Manzollis spectare, & pertinere pleno iure, quos voluit nominari, & ap.

Appellari filios ipsius Philippi de Manzollis. Et cum hoc potest emob substitutionis ordinis satis longam fuae dispositionis feriem Testator terminavit, ut legere est in citato utriusque partis Summario versus finem.

Ad normam relatae dispositionis testamentariae, hereditate post obitum Testatoris pervenit ad tres filios adoptivos, primo loco institutos, subinde consolidata in sola Alexandri linea, caeteris abique filiis defectis, ac ad ordinatae substitutionis trames pervenit ad Franciscum Mariam Alexandri abnepotem, cum iste anno 1622. obiit sine proli masculina, & cum solis tribus foeminis, Julia, Veronica, & Margherita, adversus illas insurrexerunt tam Comes Ludovicus Ronchus, uti descendens ad Dianira per medium alterius Dianira filius nepis ex Ludovico filio, ac sub tali qualitate contendens se vocatum in tertio substitutionum gradum, quam Comes Alexander Manzollis descendens ad Georgio fratre Testatoris per medium Hercules filii illegitimi Bartholomae Manzollis, dicens se invitatum in postremo substitutionum gradu sub nostro Auditorio instauratae controversiae coram bon. mem. Ghislerio, curatum sub die 30. Januarii anni 1630. disputari dubium. An istis locis substitutionis ad eorum favorem sit pro hereditate p. Philippi, & Alexandri Senioris de Manzollis, quod cum respectu utriusque partis parentis, negativè resolutum fuerit, & praecipue quoad Comitem Alexandrum tam ex titulo descendente ab illegitimo, quem ei obstat, ut venire possit in substitutione concepta ad favorem proximioris de domo, & familia, Rota putavit, quam propter supervenientem Juliae, aliarumque personarum capaciam, in prioribus substitutionibus vocatam, ut ex lectura decisionis tunc editae, quae hodie circumferretur ad partes; uterque Rotali decisioni acquievit, & reg conventa pacifice bona fideicommissi possederunt quoad usque, caeteris in statu eibis defectis, & Julia mortua relicto sibi filio, & haerede Domino Federico Cesio Duca Aquapartae, adversus istum Marchio Bartholomaeus, alique fratres de Manzollis filii Georgii fratris Alexandri, qui antiquam controversiam coram Ghislerio excitaverat, novum Iudicium intrudere curarunt, eoque incepto coram Iudice ab Aud. Cam. deputato, cum ei superveniret commissio manu Sanctissimi signata, ut procederet de voto Rotae, iuxta illius praescriptum à bon. mem. Reverendissimo Emerix Decano propositum fuit dubium sub die 29. Martii anni 1694. An sit danda immutatio, eoque tunc non resoluta, sed ordine iniuncto, ut scriberetur strictè: An sub nomine proximiorum de domo, & familia venientes etiam descendentes legitimi ab illegitimo? ad quod punctum tunc Domini totius difficultatis cardinem reduci poterunt, ideoque facultate impartita revidendi dicuntur bon. mem. Ghislerii, iuxta laudabile stylium nostri Auditorii Collegae in Rota Decani gradum tenente, idem reproposuit fuit dubium, quod sedulo à DD. disceptatum negativam metuit resolutionem: Non esse dandam immutationem.

Sequitur autem primaria decidendi ratio in eo; quod Hercules hodie reparari amplius non valebat uti filius naturalis Bartholomaei, prout apparebat de tempore prodite decisionis coram Ghislerio, sed ex documentis de novo alatis in Summ. Dicitur pro concessis à 2. ad septimum, cum probaretur susceptus à Bartholomaeo constante matrimonio cum Angela Gamberutia, de eo diudicandum erat, uti de filio notho, seu spurio, ac orto ex damnato coitu, sicque tamquam de totaliter incapaci ex dispositione iuris ad succedendum in fideicommissis agnatis, cum reputetur ad effectum successionis tamquam extraneus, non habens, nec conservans agnationis iura, ad Text. in leg. vulgo concepti 23. ff. de test. homin. ff. spurious, & leg. hoc parte, ff. unde cognat. Gomez, ad leg. 9. Tauri num. 14. versic. 4. infero, & relatis concordant. Azor. institut. moral. part. 3. lib. 5. cap. septimo, f. Sed difficultas est: Guidopap. decif. 280. numero primo, Marc. decif. Delphinat. 472. num. 2. & sequent. Rota coram Mantice, decif. 83. per tot. part. 2. de versoriam, dec. 254. num. 3. vers. final. & coram Celso dec. 334. n. 15. et per tot.

Ideoque quoties substituti fuerunt proximiores de domo, & familia, sub illorum denominatione spurii venire non possunt, tamquam non fruentes iuribus domus, & familiae, sed semper exclusi remanent vulgari regula: Substitutio de non loquitur, ut in terminis firmat Capr. 2. conf. 90. à num. 4. usque ad 9. Perreg. de fideicommiss. art. 22. Decif. de h. er. de Luna vol. 111.

num. 83. vers. sed contra, Solorzan. de iur. Indian. tom. 2. lib. 1. cap. 17. num. 6. & 8. cum segg. & Rota in rec. dec. 261. num. 6. par. 2.

Eodemque iure determinatur descendentes ab illis etiam si sint legitimi, & naturales, quia quando a persona prohibetur succedere tamquam incapax, omnes pariter descendentes ab ea, tamquam ab infecta radice provenientes, prohibiti, & incapaces censentur non solum, quia infectio realis inhiat in omnes, sed etiam quia plures iuris habere non possunt eo, quod sortitur Auctor, a quo procedunt, iuxta ea, quae ex professo defendunt Spada confil. 24. n. 12. et 13. volum. 2. Lup. de illegit. commentar. 3. f. 2. n. 18. vers. excludendo 2. Castill. controu. iur. lib. 5. cap. 67. n. 31. et segg. et cap. 103. à nu. 3. et fere per tot. Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 83. Torr. de primogen. Ital. part. 1. cap. 28. num. 109. et segg. & Rota decif. 395. num. 3. part. 1. decif. 24. num. 3. et 4. part. 9. & in Tridentina iuripratiorum 4. Martii 1639. f. Quo posito, coram me, & dixit laudatq. decifio Ghislerii f. Qui vera.

Dati vero haec peculiari incapacitate succedendi in nothis, seu spuris, nihil obstat allegari in oppositum consuetudo Bononiae, iuxta quam naturales, seu spurii communiter reputantur, ac si legitimi nati verè essent, & ad honores Civicos admittuntur, quo casu illi veniunt sub nomine domus familiae, seu agnationis, etiam in fideicommissis agnatis, iuxta limitationem communiter reventam in his terminis à Soccin. Sen. confil. 102. nu. 8. lib. 3. Patch. de test. potest. p. 4. cap. 2. n. 26. et plerisque segg. ubi testator ferè de generali consuetudine totius Italiae, & Rota rec. dec. 361. nu. 8. et segg. par. 4. tom. 2. dec. 203. n. 6. et 9. part. 8. et dec. 276. nu. 50. et 51. p. 18. & in Viterbien. fideicommissi 10. Maii 1684. f. Caeterum usque ad finem, Palm. Pen. alleg. 2442. n. 14. quia in hypotheca hanc peculiarem consuetudinem quoad natos ex damnato coitu, Domini probatum non viderunt in Civitate Bononiae, neque à Doctoribus de illa testantibus, neque ab aliiis documentis, quae ad assumptum afferebantur.

Doctores namque unice loquuntur de naturalibus, qui in Civitate Bononiae habentur pro vere agnatis, admittuntur ad honores publicos nobilibus dari solitos, & quoad eadem iura honorifica nil prorsus distant à veris nobilibus ejusdem familiae, & agnationis, quidquid sit ad effectum succedendi, super quo quaestioem tractare hodie nostrum non est, ut recognoscitur potest penes Cardin. de Luca de donat. in supplement. diffe. 62. nu. 14. et 16. Acolin. resol. 73. num. 33. ubi de iure honorifico delationis insignium in naturalibus, Cornel. Carnal. post controu. 100. Dulphe Card. Paleot. de nob. et spur. cap. 56. n. 10. ubi tamen fiducit, non ad omnes effectus purificari naturales cum legitimis, & Barz. decif. Bonon. 3. n. 35.

Ita & taliter, quod illorum expressa vocatio in defectum legitimum non excludat votum conservandae agnationis, cum possint ex consuetudine, & ex voluntate testatoris haberi pro agnatis, iuxta ea, quae ad propositum animadvertit Rota in Bonon. fideicommissi de Volta 27. Aprilis 1695. f. Demum nequit, coram R. P. D. meo Secoto confirmata 27. Junii 1696. f. Quin iterum dicitur, cor. R. P. D. meo Muto.

Talis autem consuetudo favens naturalibus, ut reputentur de domo, & familia, nil prodest spuris, seu nothis, quia licet utraque speciem illegitimum magna intercedit differentia; tam de iure civili, quam Canonico, ut notat Lucidob. de legit. in pralud. n. 2. et segg. Paleot. de nob. et spur. cap. 40. nu. 2. Michalor. de fratrib. p. 3. cap. 2. n. 1. et 3. nam naturales simplices minoribus obsequia in iure patiuntur tam ad effectus honorificos, quam ad effectum successionis: Nati vero ex damnato coitu, magis sunt in iure exosi, & abominabiles, nec de iure verificari possunt qualitates ex usu, seu consuetudine tolleratae in simplicibus naturalibus; quorum illis adverbative ad naturales peculiari sanctione vetitum est in iure deesse insignia, & cognomen domus paternas, ut pluribus argumentis relatis probant Peregrin. de fideicommiss. art. 22. sub n. 83. vers. sed contra, Molin. de primo gen. Hispan. lib. 1. c. 4. n. 45. & 47. Torr. de primogen. Ital. p. 1. cap. 28. sub num. 65. vers. Baipariter, Solorzan. de iur. Indian. tom. 2. lib. 2. cap. 17. n. 6.

Et pariformi disparata constitutione ipsi accentur à consecutione bonorum, & dignitatum, efficiuntur infestificabiles, & reputantur pro penitus extraneis, ut firmat Mastrill. de Magistrat. lib. 2. cap. 30. n. 1. et segg. et per totum, Manz. consil. 253. n. 24. et segg. Torr. de primogen. Ital. p. 1. cap. 28. n. 65. Fontanell. dec. 415. n. 15.

Itaque cum diversimodè diiudicentur in iure, consuetudo pro naturalibus militans, minime spuris convenire valet, & ultra Ruin. *conf. 88. n. 11. post medium, lib. 3. & Solorzano de iur. iur. no. 2. lib. 1. c. 17. n. 6. & 8. cum seqq. in terminis praefatis vigentis in Hispaniarum Regnis, in quibus de communi consuetudine naturales reputantur de familia, & agnatione, quod non suffragetur spuris, & natis ex damnato coitu, referuntur Martinez, ex l. 10. tit. 8. de success. lib. 5. recopiat. glo. 8. n. 2. & 3. Gomez, ad l. Tauri. 70. n. 4. post medium, Guttier. *pract. quæst. lib. 2. cap. 155. n. 2. & 3. & Spinol. de testam. glo. 16. n. 15.**

Et licet natus ex soluta, & conjugata, non dicatur verè adulterinus, & minorem de iure civili foriari odibilitem, quam natus ex conjugata, cum susceptus dicatur ex coitu non punibili de iure civili, iuxta quod Thorus tit. viri, non uxoris, ac insuper ad aliquos particulares effectus, evitandi scilicet penas, fruendi legato sibi à patre relicto, & consimilibus, reputetur tamquam simplex naturalis, iuxta theor. Salicet. *in authent. ex complexu. n. 2. Cod. de incest. supr. relata à Fab. in C. lib. 5. tit. 16. de h. n. S. tamen id verificatur ad solos certos particulares effectus, numquam autem trahi valet ad titulum universalem successione, quia in eo citra controversiam numquam spurii purificari valent naturalibus, ut præter allegatos in puncto tradit Rota *dec. 12. 254. n. 10. p. 2. divers. lib. 1. Nec obstat etiam, quid nati ex huiusmodi coitu vocentur naturales, nam ad effectum successione non sunt proprie naturales, Abb. in cap. innovat. n. 18. de elect. Nat. *conf. 42. n. 30.***

Et licet non desint Doctores, qui indiscriminatim consuetudinem pro naturalibus Janua, Bononia, & in Hispania militancem, prædicant etiam de spuris, loquuntur tamen de spuris in latiori significatu, quatenus idem importat, ac naturalis, seu illegitimus; minime autem descendunt ad importantiam qualitate natiuitatis ex damnato coitu, & recogitaci potest apud Mart. *de success. legal. lib. 4. g. 2. art. 16. n. 10. & seqq. Card. de Luca de donat. dist. 62. nu. 14. & 16. in suppl. & Rot. Bonon. *dec. 131. n. 34. ex seqq. quia de cetero qualitate nati, spurii, & ex damnato coitu, in sua vera, & stricta significacione perfecta, numquam convenire potest qualitas agnationis domus, & familie, nisi peculiaris quoad illos probetur consuetudo, prout superius probatum est.**

Ex deductis verò patet responsio ad alia documenta, quæ afferebantur pro canonizanda Bononiensi consuetudine circa reputationem naturalium pro veri agnatis, & præsertim quoad effectus, honorifica munera civica, & ædificationem, quia attestaciones antiquissimæ vestigia viduorum nobilitum, quæ allegantur unice loquuntur de naturalibus, seu bastardis in lato significatu, prout etiam de illis loquitur Dulp. in sua Cronolog. familiarum nobilitum Bononiensium; unde ab illis nullum elici valet argumentum ad factis superius diveriuntur thema nostræ quaestionis.

Nec est, qui opponatur, nothos etiam generaliter in Civitate Bononiensi frui insignis familiaribus, cognominis deferre, & reputari pro agnatis, ex ordinatione statuti in Rubr. de success. nò intestato *al. eodem, & collator. §. volentes in primo, ubi precipitur naturalibus tantum, & eorum spuris, patrem, & ulterioris ascendentes succedere posse, cuius vigore censetur etiam spurii habitati ad succedendum ascendentes, ut ad servandum æqualitatem concludit Rota post Torr. *dec. post. dec. 84. n. 36. & seqq. Quia statuto dispositione statutaria arguitur nil differre à legitime natis, & optime venit appellacione domus, & familie, ut in puncto arguit Menoch. *conf. 754. n. 15. & 16. Nam quatenus subsistat dispositio hæc statutaria, quæ ad sui firmitatem Apostolicam confirmationem exigit, ut inquit laudatit deciso post Torr. illa dicitur exorbitantissima à iure, & contra bonos mores, ut firmat Aneharan. *cap. 1. de consuet. lib. 1. prima. n. 29. Cod. de Summa Trinit. & in l. eam quam n. 33. Cod. de fideicom. Barbat. *conf. 34. n. 2. eolum. penult. & Rota in dec. 84. n. 38. in fine, post Torr. de post. Ideoq; non extendenda, neque directè, neque indirectè est ad alios casus, sed rigorose ad litteram servanda, Grat. *conf. 19. n. 27. & seqq. & conf. 26. nu. 32. lib. 1. Cirocc. *dis. 38. n. 26. Quamobrem cum illa loquatur in casu successione intestatæ, ad illam coarctatè restringitur, nec operari valet in casu testati, & in dispositionibus testamentariis, uti extra casum à municipali Constitutione sancitum, ut ex text. in leg. commo. dist. 1. ff. de lib. & post. firmant Altogr. *conf. 48. n. 21. lib. 2. Cirocc. *dis. 38. num. 9. & dis. 38. n. 43. Rot. coram Merlino *dec. 390. num. 21. & in rec. *dec. 708. num. 5. p. 3.***********

Et hoc mirificè comprobatur ex ea peculiari animadversione, quod materia successione illegitimum ad fideicommissum ordinata pro illis de familia, seu agnatione nullibi magis frequenter dicitur, quam in causis Bononiensibus; & tamen in decisionibus Rotalibus in eis edictis; quarum longum recenseri potest Catalogus, nunquam invenitur nequam approbata, sed nec etiam allegata præsentia consuetudo derivans à statuto ex parte illegitimum; quæ tamen non fuit ab eis prætermissa, si vere adfuerit; vel probari potuisset; sed semper prodd illegitimum comprehensione sub dictis fideicommissis recursum fuit ad præsumptam testatoris voluntatem, vel ex verbis, vel ex coniecturis elicita, vel ad legitimationem ex Principis rescripto, ut pluribus exemplis demonstrabant informantes pro Dom. Duce; quibus sic instantibus, eò magis elucefcit, dispositionem statutariam ad casum telicis vires non porrigere, sed limitari iuxta terminos dispositionis citra ullam extensionem, vel subintelligentiam.

Seclusa autem consuetudine, quæ derivare potuisset à dispositione statutaria in casum intellatæ successione, nulla alia fuit probata quoad spurios, quæ etiam quatenus probaretur quoad effectus honorificos, iuxta ea, quæ innuere videtur Rot. Bononien. *dec. 131. n. 34. ex complatis à Gi. pfo; attamen nil relevare Domini purum, nisi in specie verificaretur consuetudo reputationis de domo, & familia ad omnes effectus etiam civiles, quia cum spuris specialibus sanctionibus vetitum sit honoribus familiarum frui, & iure successione gaudere quoad fideicommissa concepta pro illis de domo, & familia, et si consuetudo derogaret, pro iuribus honorificis primo obstatulo derogaret, non perinde posset censeri subnotum secundum, quod est fortius, & strictioris expolitæ limitationem; ideoque communis reputatio spuriorum in quibus talis viget consuetudo, ad summum suffragari posset, ut illi venient sub nomine posteritatis, & descendente, aliique verbis more naturalibus, nullam fecis tigrorfe agnationis, vel familie in stricto significatu ferentibus denominationem, in quibus terminis loquitur Palm. *Nep. allegat. 241. n. 4. & Rota in Viterbien. fideicommissi de Spiritibus, coram me, & registrata apud eundem Palm. *allegat. 242. Sed quando disponens usus fuit verbis mere civilibus, & providere voluit, ut in casu verbi, & rigorose agnationis, tunc regulariter nati ex damnato coitu ad talem qualifcatam successione aspirare non valent, nisi in specie probaretur consuetudo succedendi etiam in fideicommissis agnatiis, ut ad propositum distinguitur citata decisio Viterbien. fideicommissi de Spiritibus apud Palm. *allegat. 242. nu. 4. & comprobatur in aliis decisionibus eiusdem causæ registratis in *allegat. 243. sub n. 3. vers. & licet.*****

In nostro autem themate non solum habemus vocacionem proximioris conceptam per dictiones mere civiles domus, & familie, quæ cum sint verba iuris, excludunt suapte natura spurios, ad sensum Imol. in leg. ex factio 17. §. si quis rogatus il primo, sub n. 10. vers. tu adde, ff. ad Trebell. *Ruin. *conf. 161. nu. 30. & seqq. volum. 2. Capr. *conf. 90. sub n. 3. & seqq. Rota coram Cerro *dec. 507. n. 8. & coram Ubald. *dec. 56. sub n. 2. & seqq. sed ulterius Testator iussit proximiores succedentes denominati filios ipsius Philippi Testatoris. Cum qua denominatione cum voluerit eos purificari filios primo loco ad optatis implicat in terminis, quod non requiritur qualitate legitimitatis, quam tam enixo studio desideravit in primis, secundis, & ulterioribus substitutis, quia alias contracto dato intellectu, nec parificato effectum fortiretur, nec proximiores admitti possent vocari filii Testatoris, cum spurii tale nomen non mereantur, sed reputentur pro mere extraneis, ut animadverunt Peregrin. *conf. 17. n. 7. et de fideicom. art. 22. num. 81. & Rota coram Celso *dec. 334. n. 9. & seqq.*******

Idque patentius evincitur, ex quo Testator in multiplici substitutionum serie per duodecim, & ultra vitces qualitate legitimitatis in successioribus requisivit, & præcipue in descendentibus Dianitz, quos similititer suos filios appellari iussit, à qua repetita similitudine fit clara Testatoris voluntas pro sola admiffione legitimum, ut arguit Rota coram Ghislerio §. Quo verò,

Nec obstat, quod talis qualitas adiecta non legatur in substitutione proximiorum, nec de iurioneibus diversis, quia præsumptam repetitionem inducit perneccesse inevi-

S U M M A R I U M.

inevitabile absurdum, quod aliis sequeretur ea non data. Nam spurii proximiores excluderent bastardum descendente ex linea Alexandri primo loco vocata, & melioris conditionis essent nothi proximiorum minus dilecti illis alia. nam lineam primo vocatorum, quod cum imperceptibile fit, imò contra regulam, præsumit necessariam repetitionem qualitatibus legitimis in ultimo hoc substitutionum gradu, ut in terminis monent Spad. *conf. 24. n. 8. & sequenti & sub n. 17. vers. & idè vol. 2. Paris. *conf. 9. n. 47. lib. 2. Peregrin. de fideicommissis, art. 22. n. 8. in fine. Fufat. *g. 466. n. 38. vers. limitatur 3. Castill. *controv. iur. lib. 5. c. 82. n. 46. Castald. plures referens decisiones, *conf. 199. nu. 19. & conf. 219. n. 14. & 15. rom. 2. Rota coram Bichio *dec. 101. n. 26. & seqq. & n. 50. & nuper in Romana, seu Perusina filiationis 29 Jun. 1695. ff. Nec ad istud fideicommissum versus finem, coram R. P. D. meo Caprata.******

Nec subsistit animadversio, quod testator consulto omiserit in hæc substitutione qualitate legitimitatis, quia voluit paulisper mitigare rigorem illum legitimitatis voluit in primis vocatis, etiam cum connotato, & de legitimo matrimonio; quod cum omiserit in vocacione descendenti ex feminis, quos solum voluit legitimos, & naturales, ita ut venire etiam possent legitimi subinde decrefcente dilectione erga vocatos in ultima proximiorum substitutione, & connotati, & qualitas omiserit adiectionem, ita ut permiserit quovisq; etiam illegitimos succedere, ita studentes dispositionis contextu, & discretiva ordinatione illius methodo; Nam minime subsistit Testatore in substitutione descendenti ex feminis non iuste qualitate ex legitimo matrimonio, quia licet expresse illius adiectionem omiserit, cum tamen dispositionem per dictiones relativas conceperit, quales tamen legitimum matrimonio dicitur repetita, & eo fortius cum substituerit filios legitimos, & naturales filiarum legitimum heredum, & Dianitz, quos perneccesse Testator intellexit ortos ex legitimo matrimonio; nisi supponere, velimus, vel Testatorem supposuisse Matronas illas in honestas, ut habere possent filios legitimos, vel eas ad turpitudinem invitasse, admittendo alios præter filios ex legitimo matrimonio conceptos; quorum utrumque cum sensui, & naturali rationi repugnet, imò patenter horrere, maxime in iure nobili, & patris dignitatis, dignoscatur, ad monitum Rip. in leg. ex factio, §. si quis rogatus n. 28. ff. ad Trebell. & Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 78. n. 60. Manf. *conf. 125. n. 7. & 8. & n. 48. ubi concordant, in necessarium trahit consequentiam repetitionem qualitates legitimum matrimonio in secunda, & tertia linea substitutorum, adeo ut apprimè verificetur testatorem nunquam à volita legitimitate deflexisse, sed semper eam volenter servatam, ita ut etiam præsumenda sit in ultimo gradu proximiorum desiderata ad tollenda absurda, quæ ex contraria oriuntur interpretatione.*

His autem præhabitis vana erit contentio super particulari consuetudine familie Manzola, iuxta quam Hercules fuit de agnatione reputatus, publica munera subijt, ac in universorum estimatione pro agnato fuit habitus; quia hæc omnia deservire possent, admodum raro ad unum solum consuetudinem, si probaretur, & non resisteret Testatoris intentio. Sed de per se nullum iuridicum effectum parere valet, nisi in præiudicium tractatum, non verò ad interpretandam fideicommissi voluntatem, quæ à particulari tractatu aliquorum fomentum non sumit, sed solum à consuetudine universalis habente vim legis, ut probant Alexandr. *conf. 36. num. 10. lib. 2. Gratian. *dis. 694. num. 52. & Rota coram Coccino *dec. 182. num. 3.***

Et ita partibus in accurro contradictorio concertantibus conclusum fuit.

REV. D. MOLINES DECANO.

Romana hereditatis de Ruspulis.

Veneris 13. Junii 1674.

ARGUMENTUM.

Verba deprecatoria, & commendatitia, & similia inducunt fideicommissum, quando testator ea procul animo disponendi. Obligatus restituere uni ex pluribus, non potest eligere quem maluerit, quando facta est testatoris præscriptus certus ordo. Privatio hereditatis quando dicitur imposita per modum pœne, & non per modum conditionis, taliter quod ad effectum privationis procedere debeat sententia Iudicis. Præceptum de non molestando non comprehendit molestias iustas, & tendentes in executionem voluntatis testatoris, & alia de hac materia.

- 1 Ille, quem Testator mandavit institui, & substitui, dicitur institutus iuris, etiam si gravatus non adimpleat, cum lex suppleat, & exequatur defuncti voluntatem.
- 2 Hæres non potest gravari, nisi institutus aliquem, sed huiusmodi præceptum interpretatur, ac si testator demandasset, ut hæreditas restitueretur.
- 3 Et maxime, quando ultra verbum directum Instituit, testator addidit etiam alia obliqua, nisi Substituere, vel Restituere.
- 4 Quod verba — haver riguardo, & risettere alla Persona del Sig. N. non sint apta ad inducendum fideicommissum, & obligationem restituendi tali persona, sed importent simplicem commendationem.
- 5 Verbum, prego, licet deprecativum, tamen in ultimis voluntatibus induci potest, & importat fideicommissum.
- 6 Fideicommissa olim, & antiquis ordinantur per verba deprecatoria.
- 7 Verbum, debba, etiam in quacunque materia indifferenti induci potest necessitate.
- 8 Quando hæres est data facultas restituendi, cui maluerit ex pluribus, tunc intrant termini textus in leg. unum ex familia.
- 9 Secus autem, si sint taxata, & determinata persona, quibus faciendū est restitutio; nam hoc casu congruus est prolego leg. hæres mei, §. peto, ff. ad Trebell.
- 10 Vocatio patris, & filiorum adhuc non notorum, etiam si facta à non habente necessitatem instituti, intelligitur facta ordine successivo.
- 11 Commissarius, seu exequutor voluntatis Testatoris, non potest ordinari ab ipso præscriptum intervertere.
- 12 Supposita necessitate restituendi, quando ista verificari non potest, nisi tali persona, tunc habetur, ac si præcisè ordinatum fuisset, ut tali persona restitueretur, & n. 16.
- 13 Persona cui faciendū est restitutio, non potest dici remissa in arbitrio hæredis, quoties datus fuit ordo, ut unus veniret in defectum alterius.
- 14 Quod verba, haver riguardo, & risettere alla persona &c. non inducunt solam commendationem, sed obligationem illi restituendi, quando ista fuerit dispositionis contentus, & disponendi voluntas.
- 15 Correctio instantanea voluntatis non præsumitur, & ad eam evitandam respicienda est congrua, & possibilis interpretatio, etiam cum aliqui improprione.
- 16 Quoties Testator indicavit suam intentionem, & voluntatem, ut hæreditas esset alicui restituenda, hoc sufficit ad inducendum fideicommissum quacunque sint verba, per quæ talis intentio explicite fuerit.
- 17 Ex verbis indicantibus, solum desiderium restituendi bonorum inducit fideicommissum.
- 18 Si verba sint deprecatoria, seu consilii, seu desiderii, seu commendationis.
- 19 Et maxime, quando ipsa non sunt directa ad honoratum, sed ad gravatum.
- 20 Copula, &, utramque dispositionem conjungit, & effectus, ut verbum, debba, ad utramque referatur, & in utraque necessitatem inducit.
- 21 Verba commendatitia omnia ad præcisum finem restituendi, citra scrupulum necessitate restituendi tali persona commendata inducunt, quidquid factis foret, si commendatio esset facta genericè, & in abstracto.
- 22 Amor, & dilectio persona solet esse una ex causis impulsivis ad ordinandum fideicommissum.
- 23 Verba etiam denotantia arbitrium, quando regulantur à causa respiciente utilitatem, & commodum Testatoris, inducunt necessitatem.
- 24 Verisimilitudo elicitur ex contextu, & aliis partibus dispositionis, summo predebet deservit ad interpretationem voluntatis testatoris.
- 25 Verba præsuppositiva, & enunciativa inducunt dispositionem.
- 26 Privatio supponit habitum.
- 27 Privatio, remotio, seu exclusio supponit antecedentem acquisitionem, & vocationem.
- 28 Una pars testamenti magis clara, explicat alteram ambigam.
- 29 Ille cui est data facultas, & arbitrium eligendi, & nominandi substitutum, tenetur sequi voluntatem Testatoris, eligendo illum, quem ipse testator in casum non facta nominationis substituit.
- 30 Quod tamen intellige, nisi fuerit facta ampla, & libera contentio errantatum arbitrium.

eventualitates, voluit testator, ut Marchioniffa reſe-
deret, & haberet intantum, ſi tempore conſervaretur familia
Ruſpula, non vero quod poſſet, Franciſcum Mariam
non inſtitueret, & ſubſtitueret, quatenus ad conſerva-
dam domum ineptus non eſſet, huiusmodi enim ar-
bitrium non legitur datum expreſſe, neque interpretative
ullo modo erui poteſt: prout etiam etenſus teſtator in di-
ſpoſitione ſua, ſi non expreſſit perſonam certam, qua
inſtituenda, & ſubſtituenda erat, ſed in genere dixit
Quella al quale detta Signora Marchiſſa Gierolama reſtituirà la
mia eredità, qua reſervabat heredem inſtitutum, & ſubſti-
tutum declarare, & exprimeret in inferiori parte teſta-
menti, in qua præſatum ordinem in ſuccedendo ſcribere
deſideraverat.

Quod ad hoc verum eſt, ut poſtquam in ſ. 16. ſcripſit he-
redem inſtituendum, & ſubſtituendum, & primo loco
Franciſcum Mariam, in inferioribus aliis teſtamenti par-
tibus, in contingenti nominationis heredis, non jam ut
ante indicavit perſonam in genere, ſed verbis individua-
libus denominavit ipſum Franciſcum Mariam, uti ejuſ-
cetum, & determinatum fuereſſet, ut patet ex ipſo-
met ſ. 16. in fine, ubi poſtquam iuſte, multiplex, ordina-
tum eſt, Rota coram Ruſpula, ceſſare debere ſtatim, ac
mortua eſſet Marchioniffa, ſubſidit, quod ne ipſe D.
Franciſcus Maria obligatus eſſet ad illud terminandum,
ibi: Ne detto Signor Franciſco Maria ſia obligato a farlo, quæ
verba de neceſſe concludunt, Franciſcum Mariam fuiſſe
omnino, & indiſpenſabiliter inſtitutum, & ſubſtitutum,
cum omni proſequendi multiplex ſpecies ad eum, qui
ſuccellus erat in hereditate Ruſpula, ſufficientibus ad
hunc effectum verbis enunciatis, & præſuppoſitis, ad
inducendam probationem eorum, quæ in teſtamento ſunt

geſta, Barro. in leg. cum propoſitur, ff. de legat. 2. Socin. Sen.
conſil. 251. n. 7. Menoch. conſil. 264. n. 4. Rota dec. 417. n. 9.
part. 19. Et diſponere quis videtur, id quod præſupponit,
in mancipia in verbo advocandum, Cod. de ſervit. fugit. Roman. ſin-
gul. 495. Surd. conſil. 150. n. 78. & dec. 114. n. 22.

Clarius id exprimitur in ſ. 17. in quo diſponitur, quod ſi
Franciſcus Maria moleſtaret Marchioniffam, iſta poſſet, &
deberet: inſtituire, ſubſtituire, & reſtituere in loco di detto Si-
gnor Franciſco Maria, unum ex conſanguineis teſtatoris ad
ipſius Marchioniffæ electionem, quæ ſanè verba eviden-
tiſſimè oſtendunt, Franciſcum Mariam fuiſſe præordina-
tum verum, & neceſſarium heredem Marchionis patris,
cum privato ſupponat habitum, & carentia ſint habenti-
um, l. decem, ff. de verb. oblig. & in ſpecie, quod non poſſit
dari remocio, excluſio, ſeu privatio, niſi prius ſuppona-
tur acquiſitio, generaliter Caſtell. controu. lib. 2. c. 26. num. 83.
Rota coram Scraphin. dec. 376. n. 4. & dec. 594. n. 8. part. 14. rec.
& individualiter de præſuppoſitiva vocatione, deſueta ex
privacione, notant Cytia. contr. 96. n. 50. & ſeqq. Magon. dec.
56. n. 9. Cephal. conſil. 93. n. 8.

Et denique apertius teſtator propalavit ſuam volunta-
tem, quod Franciſcus Maria eſſe deberet eius indubitus
ſuccellor, in ſ. 18. ubi diſpoſuit, ut ſi Marchioniffa, vel eſ-
ſecretur Monialis, ſeu conſolaretur ad ſecundas nuptias, in
ipſius locum ſuccederet idem Franciſcus Maria independen-
tenter miniſterio, & electione alterius; quæ ſanè diſpo-
ſitio efficax præſtat argumentum, quod antecedens illius
nominationis non fuerit facta per modum ſimplicis com-
mendationis non obligatorie, ſed per viam explicationis vol-
untatis, omnino, & indiſpenſabiliter exequenda, cum
nulla poſſit assignari ratio differentie, quare poſtius in caſu
Monacationis, vel tranſitus ad ſecundas nuptias, nepos
fuerit expreſſe vocatus ad ſucceſſionem patris, & non
etiam in caſu illius obitus, in quibus terminis ſemper una
pars clara teſtamenti aliam minus elatam explicat, & de-
clarat. ex allegatis in dec. 642. n. 7. p. 19. rec. & in ſpecie ob-
ſervat Rota. dec. 640. p. 1. dicitur.

Quinimo eſt tanti ponderis huiusmodi diſpoſitio, quod
nempe caſu, quo Marchioniffa non viduaret, vel Monialis
eſſecretur, tunc in ejuſ locum ſuccedere debet Franciſcus
Maria, ut quatenus etiam in ſuperiori ſ. 16. illi data
fuſſet commiſſio eligendi unum ad ſui arbitrium, adhuc
iſta cenſetur refrenatum, & limitatum à declaratione fa-
cta in eventum, quod verificari non poſſit caſus nominatio-
nis, ita ut cenſetur Marchioniffa obligata, ſequendo vol-
untatem teſtatoris, ad illum nominandum, quem ipſe in
caſum non factæ nominationis expreſſe ſubſtituit, ex tra-
ditis per Caſtell. controu. lib. 2. cap. 26. num. 14. 44. 56. conſil. reſ-
pondetur etiam, & n. 81. Noguevel. allegat. 9. num. 63. Fontanell.
n. part. n. part. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 25. n. 20. cum pluribus ſeqq. Lu-

dovic. Bell. conſil. 109. n. 35. Cortiad. dec. 129. n. 94. cum ſeqq.
part. 3. Triliani. dec. 9. n. 12. tom. 12. tom. 1. & dec. 14. part. 1. tom. 2. Et
quamvis ejuſmodi opinio ſecuta non fuerit Rota in
præallegatis deciſionibus in Carpentoradent. Primiogeni-
tura coram me, impreſſa poſt dieſe 57. Cardin. de Luca, iuxta
Venetianam impreſſionem, tamen ratio, ob quam amplexa non
fuit præſata ſententia, ſtat in aperta, & clara volun-
tate illius teſtatoris, qui voluit amplam, & liberam pote-
ſtatem tribuere Commiſſario, nominandi unum, quem
voluſſet, ut expreſſe præſtatam fuit in prima dicta caſu
deciſione, ſ. Certe, & in ſecunda, ſ. Quandoquidem; quod
ſanè eſſentiam arbitrium non ſolum figurari nequit in caſu
præſenti, ſed imo ad ſunt verba, & conjectura demon-
ſtrantes, ac ſuadentes, voluntatem teſtatoris fuiſſe, ut
eligeretur Franciſcus Maria, quem in caſu non factæ no-
minationis, electum, & ſubſtitutum eſſe voluit.

Ex quibus omnibus conſtat uſque ad evidentiam, inſtitu-
tionem, & ſubſtitutionem Franciſci Maria non fuiſſe col-
laram arbitrio, & electioni Marchioniffæ, ſed illum fuiſ-
ſe abſolutum, & neceſſarium heredem Marchionis patris,
ita ut nulla opus ſit extrinſeca declaratione; & tamen qua-
tenus reſeſt dubia, ſubmovetur omnis ſcrupulus, &
quæcumque ratio dubitandi ex declaratione, ac attentione
facta à quondam Advocato Sabucio ſuper voluntate,
& intentione teſtatoris, aliàs in noſtro Tribunali produ-
cta, & in hodierna diſputatione denuo exhibitã, in qua ex-
preſſe, & in pluribus locis declaratum reliquit, Marchio-
niſſam fuiſſe obligatam ad omnino, & indiſpenſabiliter in-
ſtituendum, & ſubſtituendum Franciſcum Mariam, & ſi-
gnanter in ſ. Voluntatem, & Tum etiam quia, ſ. Fortius, &
per tot. Dubium autem non eſt, quin dicta atteſtationis non
pariter diſferendum; tum quia dictus Advocatus fuit
conſultor teſtatoris, & extenſor ſui teſtamenti, ut ipſe
in principio ejuſdem atteſtationis medio juramento teſta-
tione eſſe voluit; unde cenſetur informatus de illius volun-
tate, ex reſatus per Rotam in deciſ. 375. num. 1. & 2. p. 5. 32
reſent. & deciſ. 327. num. 6. & 7. part. 15. & in Romana Pec-
uniaria ſuper exhibitione a. Junii 1694. ſ. Et altera, &
31. Januarii 1695. ſ. Et reſtitus, coram R. P. D. meo
Muto; tum pariter quia dicta declaratio fuit per ipſum
facta in exonerationem ſuæ conſcientiæ, ad hoc ut vol-
untas bona memoriæ Marchionis Ruſpuli ſuam plena-
riam effectum aſſequeretur, & magis proinde eſt illi fi-
des adhibenda, Farinac. de reſp. queſt. 66. num. 143. & 33
num. 251. Rot. deciſ. 33. num. 14. part. 16. & in Termu-
len. manutentionis 15. Februarii præteriti, ſ. Clarior, cor-
am me.

Jure meritoque proinde in omnibus cauſis agnatis in
noſtro Tribunali nomine Franciſci Mariæ, ipſe ſemper
reputatus, & habitus fuit pro verò, & indubitato here-
de inſtituto, & ſubſtituto Marchionis Patris: ſub hoc
quippe neceſſario præſuppoſito fuit admiſſus ad præven-
tè agendum ſuper incompetentia Trebellianica, quam
Marchioniffa lactaverat in caſu reſtitutionis hereditatis
detrahente: quatenus enim non eſſet inſtitutus, & ſub-
ſtitutus ſub conditione certa, ſed eventuali, illiſque vo-
cacio penderet ab arbitrio, & voluntate Marchioniffæ,
utique rejecta fuiſſet illius infantia, cum iudicium preven-
titium ad effectum prædicum incompetentis fuiſſet, ſi ha-
res non erat certus, & ſub conditione omnino eſt, ita
vocatus, ut expreſſe dictum fuit in deciſione coram
mem. Emerix, in 895. num. 6. Idemque ſuppoſitum fuit tam
in iudicio inſtructo ſuper multiplico Ruſpulo, quam in al-
tero ſuper confeſſione alimentorum: utique ſi illius voca-
tio penderet ab arbitrio Marchioniffæ, & non ſi non
poterit in iudicio tamquam legitimum contradicitor ad il-
lam cogendam pro adimplemento minus confeſſi po-
terat alimenta ad effectum ducendi Uxorem, pro ſubſti-
tenda, & conſervanda domo Ruſpula. Itaque cum omnia
præſata iudicia per neceſſario antecedenti ſuppoſuiſſent
heredem inſtitutum, & ſubſtitutum Marchionis Ruſpuli
Franciſcum Mariam, illaque terminata fuerint cum plu-
rimis ſententiis in iudicatum tranſactis, in quibus expreſ-
ſe denominatur heres patris, reſtè dici poteſt, plura ſuper
hoc puncto concurrere iudicia, cum iſta complectuntur
omnia ea, ſine quibus viribus ſuſſistere non poterat, Ro-
tia. dec. 60. ſere part. 1. Decart. dec. Sardin. tom. 6. Rot. deciſ.
450. n. 1. & 3. part. 1. dicitur, & deciſ. 566. num. 6. coram Cerro.
quæ porro iudicia ſufficienter in ſuperiora cenſura ad occlu-
dendum ex iudicis, & partium, ne ſtrictiſſime Franciſci
Mariæ ullum fieret verbum; ad text. in l. 2. Cod. ſent. reſeſu-
nra

36 non poſſ. leg. unica, & ſibi gloſſis, in verb. poſtulata, Cod. de in-
tegr. reſtit. cum aliis in Nollus, ſeu Fulden. Juridictio-
nis 16. Februarii 1705. ſ. Nec eſt cur, commune.

Non ſuffragante licentia à partibus obtenta, dicendi
quidquid vellet contra deciſiones aliàs in præſatis cauſis
emanatis, quoniam declaratio tacita, & expreſſa,
quod Franciſcus Maria ſit certus heres, fideicommiſſarius
patris, non reſultat tantum ex deciſionibus, ſed ex ſen-
tentiis deturperatis, & in iudicatum tranſactis, que fa-
ciunt rem claram, & veritatem probant, ad jura op-
portunitè congeſta per Rot. in Romana fideicommiſſi de Pa-
lazzolis 18. Aprilis proximè præteriti, ſ. Nec quidquam ad
hunc effectum, coram R. P. D. meo Muto. Et in omni even-
tu cum tam ex verbis, quam ex præſumpta voluntate teſta-
toris, latè oſtenſa fuerit neceſſaria qualitas heredis inſti-
tuti, & ſubſtituti in Franciſco Maria, tunc deciſiones, &
ſententiæ præſtatæ innegabiliter argumentum comproba-
tium talis aſſumpti, ponderando, quod teſtamentum ita
non ſemel, ſed pluries, & non ab uno, ſed à pluribus iudi-
cibus fuit intellectum, & interpretatum, ut optimè in ſi-
mili notavit Rota in Melevitana ſtatuti 27. Aprilis 1698.
ſ. Hac interpretatio, coram bo. me. Emerix, & in Placeni-
na Cathedrali ſtatuti 22. Julii 1705. ſ. final. coram me, &
in Forolivien. loci Conſilii 5. Maii præteriti, ſ. Quibus
omnibus, pariter coram me.

Sed multo magis per interpretationem præſate volun-
tatis teſtatoris urgent plures conſeſſiones Marchioniffæ, in
facto ſingularium indicata, & accurate, quod certus, &
indubitus heres Marchionis conjugis erat Franciſcus
Maria, & præſertim iſta, que reſultat ex ſolutione ali-
mentorum per plures annos, & explera per ipſam Marchio-
niſſam, abſque ulla proſeſſatione, nempe patiter recla-
mante, aut contradicente; nec minus clara eſt alia de-
ſumpta ex ſpeciali profeſſatione judicialiter facta per Mar-
chioniffam in Romana multiplicorum, coram R. P. D.
Caprara, petentem mandatum ſpeciale Franciſci Mariæ
ad effectum, ut legitimi ad verſum eam compareret, &
iudicium valide proſequeretur; exinde namque evidenter
recognoscitur approbatio qualitatibus legitimis contradic-
toris ejuſdem Marchionis Franciſci Mariæ, dum non im-
pugnavit eidem facultatem agendi, & per conſeque-
ſentiam legitimi contradicitoris, ſine qua ipſe radica-
re, nec proſequi potuiſſet iudicium contra Marchioniffam,
ſed tantummodo voluit exhibitionem mandati,
quod ſuppone actionem ad agendum in mandante neceſ-
ſariam pro inſtructione illius iudicii. Et demum clarior
eſt conſeſſio peracta in ultimo eius vita diſcrimine, dum
ipſum Marchionem poſthabuit in nominatione, noniam
quia penderat ab eius arbitrio illius inſtituere, & ſubſti-
tuere, ſed ex quo ſuppoſuit fuiſſe factum locum illius priv-
vacioni, ſub prætextu, quod contra præceptum teſtato-
ris illam pluribus moleſtias gravaverat, & aſſecerat; ex
hac enim formula illius exclusionis patens conſurgit con-
ſeſſio, quod ſi ipſa non fuiſſet moleſtata, non ſtat in
eius arbitrio, & voluntate, Franciſcum Mariam exclu-
dere, cuius loco proprium nepotem ſubſtituere; in in-
terpretanda autem voluntate teſtatoris, declarationis
heredis, utpote de illa informati, magnopere proſice-
re, tradunt communiter Doctores, & in ſpecie Card. de
39 Luca de ſeparat. art. 15. num. 8. Rot. deciſ. 216. num. 8.
part. 10. recen. & deciſ. 1265. num. 4. coram bo. me. Emerix
Jan. & in Ferrarini, bonorum 18. Junii 1688. ſ. Me
optimè, coram bo. me. Uſrino.

Copioſe ex hæcenus deductis vindicata vocatione Fran-
ciſci Mariæ in ſ. 16. teſtamenti, in eademque per con-
ſequeſ conſtabilitate eius bono iure, illud ejuſdem nullo
modo labefactum, vel deſraudat ex ſ. 17. in quo Mar-
chioniffa, ut præſertur, deſraudavit illius exclusionem, &
nominationem Alexandri nepotis; diſpoſitio enim inibi
contenta, quod in caſu, quo Franciſcus Maria moleſtias
inferret Marchioniffæ, ipſa poſſet, & deberet alterum
loco illius inſtituere, & ſubſtituere, non fuit ordinata per
modo conditionis, ſed per modum pœnæ. Quomodo
brem præſuppoſita clara vocatione Franciſci Mariæ poſt-
obitum Marchioniffæ, utique non poterat ſub prætextu
caducitatis, ob aſſ. moleſtias per eam paſſas devenire ad
ipſius exclusionem, & nominationem alterius, niſi præ-
via formalis iudicio ſuper contraventione, & caducitate,
& poſtquam iudex pronunciat, factum eſſe illius lo-
cum de illius moleſtiaz de facto illata extiſſent, eſſent
que etiam, quæ expreſſe prohibuit teſtator, ut docet

communis Doſorum Schola, poſt Bartol. in leg. ejus qui
delatorem, ff. de jur. ſſe. & per ceteros bene Ab-
bas in cap. vtrum de for. compe. Felin. cum non ab hinc
num. 9. & 10. de iudic. & in cap. Rudolphus num. 35. de reſcrip.
Caſtren. conſil. 221. num. 4. lib. 2. & melius conſil. 351. nu.
3. ſ. Sed ulterius eodem lib. 2. Joannes Maria, & Jacoppa de
Riminald. conſil. 258. num. 8. lib. 2. Bardellon. conſil. 55. nu.
4. Vargas dec. 55. num. 21. & ſeqq. Afflic. deciſ. 97. num. 1.
verſ. pro deciſione, Gabriel. conſil. 89. num. 23. lib. 1. & conſil. 67.
num. 17. lib. 2. Fufar. de ſubſtitut. queſt. 582. & egregie Rot.
deciſ. 555. num. 8. verſ. non obſtante part. 1. & deciſ. 286. num. 15.
par. 9. rec. & in Romana Caducitatis 3. Julii 1702. ſ. Inpre-
ſenti coram me. Etiam ſi privatio inducta eſſet ipſo facto,
& ipſo iure, Gratian. diſcepr. 316. num. 22. & proſequitur
eadem deciſio in Romana Caducitatis coram me, ſ. Ut
hinc propterea; ea quidem optima ratione, quam per hæc
præſata verba reddidit Caſtren. dicto conſil. 371. ſub eodem num.
3. lib. 2. quod privatio hereditatis facta per reſtatorum ſi conformis
privacioni legi, de qua in Authent. hoc amplius, Cod. de ſid. debet
intelligi ſecundum diſpoſitionem illorum iurium, quia verba teſ-
tatoris, ſicut contraveniunt, debent referri ad juris intellectum,
ut notatur in lege, &c. & ſic interveniente juſſu iudicis, &
laſſu anni à die juſſus, quem juſſum procedere debet cognoſci,
& declaratio per ſententiam, ſi res eſt dubia. Et ſanè cum ad
excusandam contraventionem, & pœnam ſufficienti cauſe
colorate, imaginariæ, fatuæ, & beſtiales, ut infra
probitur, inde fit, ut ſi actum fuiſſet pro declaratio-
ne privacionis, præſentis contravenit potuiſſet allegare
ſiquas optimas exceptiones, & excuſationes, oſtendentes
contraventionem, et poenam contraventionis incurſas
non fuiſſe; ac proinde agniti poteſt pro iure provenien-
te ex contraventione, niſi prius recognita, & parte citata,
ſuper eadem pronuncietur, ut bene citatis concordantibus
notavit Rota d. dec. 555. num. 8. in medio part. 1. rec.
& dec. 286. num. 15. & 16.

Diſpoſitionem autem contentam in ſ. 17. pœnalem eſſe,
& non conditionalem, DD. conſequenter ſequentes
theoricam Aretini in leg. Titia 134. ſub num. 3. colatum, 3. cetero
mod. verſ. ſed iſta ſua ratio, ff. de verb. obligat. ubi diſtinguen-
do legatum conditionale à pœnali, ait: Quod ſi ſententia eſt
pœna, & poſtea inveniatur aliquod omnis heredi, & ſi ſententia non im-
pleat, privetur reſtitio, tunc adoptio dicitur in pœnam contra-
ventionis; & legatum eſt pœna: juxta actum in l. Uxorem, ſ.
Heres, ff. de legat. 3. quam theoreticam ſequuntur DD. relati
per Peregr. de fideicom. art. 11. num. 92. Caſtell. controu.
jur. cap. 94. num. 18. Riminald. Jun. conſil. 16. num. 38. & ſeqq.
& num. 43. Redenaſc. conſil. 19. num. 10. Giovannoni. conſil.
93. n. 23. lib. 1. Roſas de incompar. p. 3. cap. 1. n. 27. Rot. dec.
89. n. 13. coram Bich. & dec. 57. n. 5. p. 3. & dec. 493. num. 37.
& ſeqq. par. 4. & dec. 86. num. 41. part. 6. et 201. num. 1. & pluribus
ſeqq. part. 9. rec.

Quod vocatio Franciſci Mariæ fuerit purè ordinata in
anteceſſenti ſ. 16. teſtamenti, patet ex ſuprà late deductis,
in quibus planè oſtenſum fuit, eam eſſe abſolutam,
& non pendere ab arbitrio Marchioniffæ, ſed à ſolo,
& ſimplici ejus obitu, abſque eo, quod iungenda veniunt,
ſ. 12. 16. & 17. adeo ut omnia in illo diſpoſita, ita veniant
intelligenda, ut D. Franciſcus Maria tunc demum cenſe-
ſeatur inſtitutus, & ſubſtitutus, quatenus moleſtias
non inferret, quoniam huiusmodi unio diſpoſitionum
ad effectum, de quo agitur, diſtinguendi pœnam à
conditione repugnat expreſſe litteræ teſtamenti, dum
ſcripta in ſ. 12. ſolum exprimitur, & continetur in-
tentionem, & votum teſtatoris circa conſervationem do-
mus Ruſpula, inſtitutionem Marchioniffæ in heredem,
& confidentiam teſtatoris quod illa curatura ſit ple-
num ejuſmodi diſiderium; & voluntatis adimplemen-
tum, conſiderando ſecundum temporis varietates cum,
qui eſſe poſſet aptus ad executionem voti prædicit
conſervationis domus; neque hic ullum verbum ſit de
alia habilitate per heredem habenda, quod ſcilicet non
inferret moleſtias Marchioniffæ, ſubinde in ſ. 16. re-
ſentetur perſona, quibus voluit teſtator reſtitui ſuam
hereditatem ad ſiſtendum ordine ſuper explicato. Nullum
itaque in iſtis duobus capitulis legitur verbum de alia
habilitate, quam debet heres inſtituendus, & ſubſti-
tuendus habere, quod ſcilicet inferret moleſtias Mar-
chioniffam, cum de hoc ſolum loquatur ſ. 17. Quapropter
cum huiusmodi diſpoſitiones ſint conceptæ per ora-
tiones ſeparatas, & continent diverſas, & diſtinctas
voluntates, nullo modo jungi debent, Berous conſil. 119.
num.